

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7199

Autre(s) référence(s) : Round 1251

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : bourgeois, La Rochelle (ville)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1172-1178]

Lieu d'émission : Le Mans

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des franchises et des coutumes des bourgeois de La Rochelle.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DXIX, t. 2, p. 82-83.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1251.

Dissertation critique

« 1172-1173 – 1178 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 82. Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173. Souscription d'Étienne, de Fougères, évêque de Rennes, mort en 1178.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum [et] Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Burdegalensi, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Pictavie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse omnibus burgensibus meis de Rupella, pro fideli servicio suo quod michi fecerunt, omnes illas libertates et liberas consuetudines quas comes Willelmus Pictavie eis concessit, sicut carta Ludovici regis Francorum, quam inde habent, testatur, eo retento quod si aliquod magnum forisfactum ibi emergerit, unde querela ad me vel ad dominum Pictavie, heredem meum, perveniat, quod ego velim audire, vel dominus Pictavie, heres meus, loquela inde coram me vel domino Pictavie, herede meo, tractetur. Concedo etiam eis ut habeant communiam, ad defensionem et securitatem ville sue et rerum suarum, salva fide mea et honore meo, et domini Pictavie, heredis mei, quamdiu eam rationabiliter tractaverint. Preterea concedo eis et confirmo hac carta

mea quod quislibet de eis, qui confessus et testatus decesserit, stabilem et ratam suarum rerum habeat divisam, et sicut eam fecerit firmiter teneatur. Si vero aliquis illorum colli fractione vel submersione vel aliquo alio casu subita morte preventus fuerit, et spatium confitendi non habuerit, concedo ut, secundum rationabilem dispositionem et considerationem parentum et amicorum suorum, res sue distribuantur, et elemosine fiant pro anima ipsius. Prohibeo autem ne quis super hoc aliquam eis injuriam vel violentiam sive molestiam inferre presumat. Hec autem supradicta a me predictis burgensibus meis concessa sunt, Richardo filio meo presente, herede meo Pictavie, et assensum prebente.

Testibus : Willelmo Cenomannensi, et Stephano Redonensi episcopis, Richardo filio regis, Mauricio de Creone, Stephano de Turonis senescallo Andegavensi, Fulcone Painello, Josberto de Precigneio, Fulcone de Mastacio, Philippo de Sauconeio, Philippo de Hastings, Gerardo de Canvilla, Gaufrido de Perchia, Petro Filio Widonis, Willelmo de Ostilli, Herveo panetario, Imberto fratre Templi.

Apud Cenomannum.